



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Bernardinvs Sensensis. 20. Maii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

20. MAI. *Vita Sanctorum.* 285  
runt, quos hodie rariū audimus, quia  
aures nostræ Sirenum sibilis occupatæ  
Angelis non patent. *Ex Surio.*

S. BERNARDINVS SENENSIS.

20. Maii.

BERNARDINO puero aras extrue-  
re, quæ ad populum dici pro con-  
cione audierat, ad pueros dicere, ludus  
erant. Qualem nunc serium putas fu-  
sse? Verecundiā tantā fuit, ut cùm ini-  
micæ castis auribus voces baccharen-  
tur, ad quamcumque coronam accede-  
ret, illud statim audiretur: *missa isthac*  
*nunc facite; siquidem BERNARDINVS*  
*adest.* Tantum apud viros potest puer  
verecundus! Certè puer ejusmodi ver-  
ba prætextata in viro alapâ castigavit,  
docuitque frontem effrontem vel in-  
vitam erubescere: in aliud ejusdem  
culpæ reum totum puerorum globum  
coëgit, qui lapidibus scelus urbe pro-  
scriberent. Fæminas vero ex animo  
omnes, præter MARIAM, deleverat.  
Hanc unamille unicè amare, ad hujus  
effigiem pro portâ urbis vigilantem  
quotidie in genua accidere; iridente  
nec quicquam proterviore pueritiâ,  
cùm VIRGO arrideret. Iam ubi inter  
discipulos magni Francisci annumerat-  
tus est, ea fuit dicentis pro virtutibus  
contra vitia libertas, is ardor, ut ad  
eum aleas flammis ustulandas omnis  
urbs

286 *Vita Sanctorum.* 20. M A I I.

urbs comportaret: adeò ut illi , qui his  
conficiendis vitam sustentarat , ultima  
paupertas immineret, nisi eidem autor  
BERNARDINVS fuisset nomen IESV  
deinceps tabellis insculpendi , quo fa-  
ctum brevi est, ut ditesceret etiam. Ipse  
Divus cùm de nomine IESV sàpè sa-  
pius diceret , supra caput suum id ip-  
sum quandoq; conspicuum habuit sole  
splendidius. Superi ! quis unquam cla-  
rior extitit concionator? En Surio.

S. AVSTREGISILVS CONF.  
20. Maii.

P Vrpuratum è Regiâ Francicâ Magi-  
strum dabimus stantibus in bivio ,  
& de divinitatis erga se consilio incer-  
tis. AVSTREGISILVS is est, qui à pa-  
rentibus ad curam posteritatis impul-  
sus, post longam frustrationem , trium  
Dynastarum nomina totidē membra-  
nis inscripta aræ imposuit , ad quam  
trinoctio pervaigilaturum se spopondit,  
eum deinde sacerorum optaturus , cuius  
sibi nomen sortitò obtigisset. Verùm  
alterà ei nocte somnus obrepit , sed  
qualis esse solet divina patientium: vi-  
dere enim sibi visus est Célites duos de  
suo cum Iusti judicis filiâ conjugio col-  
loquentes. Eum judicem dum vigil  
postea inquirit , vocari ad sacerdotium  
se , curamque Ecclesiæ intelligit , quæ  
scilicet ipsissima Iusti judicis filia est.

Neq;